ORIGENES
Saint-Amand, 1. Viertel 9. Jh.
Seite 23r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36554
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

lamcallunt; Umeam exaegypto transtulisti. eiecisti gentes
& plantasti eam; Operunt montes umbra eius & arbusta eius
cedrusdi; & haec quidem quae exposuimus locutasit sponsa.
desponso significans. amorem suum & sponsi uenientis in hospitio
quomodo in medio uberum & sui cordis. arcanum sponsi
uenientis commemorat & rursum sponsi ad eum sermo dirigit
& dicit; Ecce speciosa proxima mea. ecce speciosa oculi tui
columbae; Illa sic dicit ad sponsum; Ecce speciosus frater uelis
meus; Non adiungit & proximus meus. Hic autem quando
loquitur ad eam. ecce sponsa adiungit & proxima mea;
Quare ille non solum speciosa es dicit. sed speciosa & proxima mea
sponsa; Si longe fuerit absponso non est sponsa; Tunc
pulchra est quando diuerbo coniungitur. & mertto nunc
doc & ur absponso ut proxima sit. & a suo latere non recedat;
Ecce sponsa proxima mea. ecce speciosa. Inapis quidem. ee.
speciosa. exeo quod proxima mihi es; Postquam autem
ee. coeperis speciosa & iam sine addtamento proximae
absolutae es speciosa; Ecce speciosa proxima mea. ecce speciosa.
Uideamus & alia laudem speciosae ut & nos aemulemur
speciosae fieri. oculi tui columbae. Quiuiderit mulierem
ad concupiscendum & mechatus eam fuerit in cor de suo
oculos non hab & columbae; Siquis uero oculos non hab &
columbae domum fratris sui ingreditur. Infelix non
seruans illud quod in prouerbiis. e. praeceptum. In domum
autem fratris tui ne intres infelix. qui autem hab & oculos
columbae uid & recta & misericordiam promer & ur; Porro
quiuid & recta. nisi qui casto conspectu & puris oculis intu & ur;
Noli igitur mihi de his tantum carnis oculis intellegere. quae
dictasunt; Lic & & de his intellexisse non inutile est. sed
ingrediens ad interiora cordis tui. & alios oculos mente